1520

Utilitatibus et usufructibus Competentiaque et praerogativa quavis Tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete, et pacifice, utifruendi, et ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Observari solitis praesentique sua personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Honestus Buchalak Gnosis Ozaronskim Coniugibus Fundos Buchalakowski et Berecikowski dictos Vendit.

Ex copia [illegible] 1172

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Honestus Sereko Buchalak sanus mente et corpore existens, Foro suo quovis Competenti omisso et Iurisdictione propria posthabita, Praesenti autem Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum suis personis ac bonis suis quibuscunque totaliter et plenarie Incorporando, atque subiiciendo palam libere publice acque expresse Recognovit: Quia ipse suo et heredum Ioannis Buchalak fratris sui germani, et Manifesti Contra [illegible] nec non Stephani et Ioannis Buchalak cum honesta olim Marianna Buchalakowa prioris Voti secum Recognoscente procreatorum filiorum pro Quorum rati habitione Cavet et se praesentes Inscribit Nomine Bona sua propria videlicet fundum certum Buchalakowski ab antiquo dictum cum Curia et aedificio ibidem [illegible] necnon et alium fundum Berecikowski Nuncupatum

inter Metas ab Una Andreæ Advocati Dawidczak ab al-
tera vero parte Fedko Kiepro in planicie Coloniæ dictæ extra
moenia in Suburbio Civitatis præsentis Premysliensis jacentis
et Consistentis, Cum Omni Bonorum eorundem seu fundorum
prædictorum Jure Dominio, proprietate omnibusque et singu-
lis eorundem bonorum Utilitatibus, fructibus proventibus, red-
ditibus, Commodis, emolumentis, obventionibus, attinentiisque
et pertinentiis generaliter Universis, Nil ex præmissis Juris
Dominii proprietatis ac Cuiusvis Competentiis et prærogativæ
pro se Recognoscente, suisque Successoribus, aut quopiam alio,
reservans seu excipiens. Verum ita late, longe, circumferentia-
literque, prout eadem Bona ipse Recognoscens tenuit, habu-
it et possidebat, ipsumque Concernebant, ac eadem legiti-
me serviebant. Jam exnunc et defacto Generosis Petro O-
zarowski et Justinæ de Zielonki Coniugibus legitimis atque
Constantino Felici duorum nominum, et Paulo Ozarowskim
eorundem Generosorum Ozarowski Coniugum filiis et eorum
Successoribus pro Summa Centum Viginti et Quatuor flo-
renorum polonicalium iam per se Recognoscentem Levata
et realiter percepta de qua partibus quietatur) Ven-
didit, Inscripsit, prout Vendit, et Inscribit præsentibus.
In quæ quidem Bona suprascripta, præmissaque omnia præsenti
per se Recognoscens Vendita, Jam exnunc et defacto id-
idem Recognoscens honestus Senko Buchalak præfatis Gene-
rosis Ozarowskim Venditoribus suis, eorumque possessis Coram
Officio præsenti Dat et Admittit realem Intromissionem
et actualem pacificamque possessionem per ministeriales
quemvis Competentes et Nobiles duos, Die quacunque volu-
erint officiose accipiant. Per ipsos Generosos Ozarowski Ven-
ditoris suos, ipsorumque possessos, hæc eadem Bona præ-
missaque omnia præsentibus Vendita cum Universis eo-
rum Utilitatibus, et usufructibus, attinentiisque et perti-
nen

nentes generaliter omnibus Tenendi habendi, et possidendi
illaque quiete et pacifice utifruendi et ad usus suos suorumque
Successorum quorumvis beneplacitos libere et effectualiter conver-
tendi modo ac Jure Venditionis. Debetque et Tenebitur me-
moratus Recognoscens prout se ac suos Successores in et
per bonis suis generaliter omnibus, Immobilibusque quibusvis quo-
busvis habitis et habendis eisdem supra scriptis Generosis O-
zaroszkim (Venditis rejectum) Inscribit et Obligat praesen-
tibus Ipsos et eorum Successores in dictis Bonis praemis-
sisque omnibus praesenti per se Recognoscente Venditis et
Ratione eorundem omnium ab omni et quavis Impetitione
Juridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditio-
nis status et sexus Cuiusvis existentis exorienda in omni
Judicio et officio [illegible] officiis Regni servatoribus quibus
opus fuerit Tueri, Defendere, Evincere, Intercedere, Li-
berare Indemnemque cum praesentis reddere, nec non sic
eadem Bona praemissaque omnia praesentibus per se Re-
cognoscente Vendita ab omnibus in genere quibus
et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super prae-
missa omnia modo quovis, Cuiuscunque personae factis et
faciendis tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem
Bona Supra scripta modo quocunque importatis et impor-
tandis Laeni denique et perlucris, Successibusque Juris qui-
busvis in illis cunque Juncta et gradu Juris dependentes
et in quibusvis Judiciis et Officiis Regni [illegible] et obtinendis
ac super praemissis omnibus praesentibus Venditis, pro-
ductis et perducendis emundare et liberare mundaque
et libera reddere facere, ac etiam Intromissionem pacificam
Coram Officiis praesenti admissam in Fundo Bonorum eorundem
praesentibus Venditorum dum per ministerialem terrestrem
et nobiles duos officiose requiretur reddere quae

imo

imo Debebit, et Tenebitur eandem liberè Dare, et effe-
ctualiter Admittere, Dataque et Admissa eadem, Posses-
sionem et Usumfructus praemissorum omnium praesentis Ven-
ditoris quocunque modo tangere, quam per suas quasvis
submissas, et subordinatas Personas non praepedire, nec
Adimere. Ipsosque Venditores suos et illorum Possessores
in praemissis omnibus praesentis Venditionis nullo modo inquie-
tare ita ut hac eadem bona praemissaque omnia praesenti-
bus Vendita, iidem Venditores sui cum suis Posteris quietè
et pacificè praesentis Inscriptionis Venditionis Vigore Tene-
re, habere, et Possidere queant, illisque uti frui possint
usque ad Exemptionem bonorum eorundem Summaeque me-
moratae Centum Viginti Quatuor florenorum polonicalium
totalis, et integrae realem et effectualem persolutionem. Idque
sub Vadio Similis Summae Centum Viginti et Quatuor flore-
norum polonicalium, per eundem Recognoscentem suae eius
Successores Suprascriptis Venditoribus suis, ipsorumque
Successoribus ob non Completionem praemissorum omnium et
singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fu-
erit ad solvendum Succumbendo. Pro quo quidem Vadio, modo prae-
misso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex
praemissis non Completa Complenda Citatus existens me-
moratus Recognoscens honestus Sentko Buchalak sive eius
Successores. Ad Instantiam praefatorum Successorum Petri Oza-
rowsky, et Christinae de Zielonki Coniugum Olim atque Con-
stantini Felicis duorum Nominum et Pauli Ozarowskich
Eorundem Generorum Ozarowskich Coniugum Filiorum
vel eorum Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense ex hinc recepto Suprascripto, quoad Respon-
dendum Spectat Mediante. Semper in primo Citationis Ter-
mino tanquam peremptorio, stare iuri, parere, Respondere

Va

1532

Vadium praetactum Luere, Inscriptioni huic satisfacere ac Omne iudicatum praefati Debebit et Tenebitur, Seque Recognoscentem ac suos Successores ad eadem omnia Obligat, Eundemque Terminum primum peremptorium, uti et alios Terminos exinde subsequentes semper peremptorios Habuit eundem Terminos Vera Infirmitate, per Maiori Minorennitate Successorum, ad Munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis Dilationibus, et legalibus impedimentis non Differendo, Ad Quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castren Capitaneus Praemptiens Terminos Dilationem sibi non recipiendo, Nullasque motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa Omnia, Jamus Simplicibus, vel triplicatis, evasionibus Suspensionibus, Fatalijs Juris praescriptione terrestri, belli Convocationeque, vel alijs quibusvis Juris Remedijs, et defensis non subterfugiendo, Nec quovis alio modo Evadendo, Et alia Nihilominus Exemptionis Bonorum et fundorum praefatorum praesentibus Venditorum, Sibi Recognoscenti, Suisque Successoribus, quandocunque voluerit pleno in Robore reservato) Hac sua personali Recognitione ad praemissa omnia, et Singula Mediante.

Feria Secunda post Dominicam Rogationum proxima Anno Dñi Millmo Sexcentesimo Septuagesimo Secudo.

23/v Nobles Jaworscy Macut

cza